

Nec invidente fato,  
Nexus ligatus arto.  
Instar columbularum,  
Instar palumbularum,  
Mordete mollicellis,  
Vos mutuo labellis,  
Corallinis labellis,  
Hyacinthinis labellis,  
Rosibellulis labellis,  
Et bellulis labellis,  
Labellulisq; bellis.  
Grunere, ama Rosinam  
Grunerum ama, Rosina!  
Rosina, ama Grunerum!  
Rosinam ama, Grunere!  
Grunere, da Rosinæ,  
Novellulae maritæ  
Tot oscla; quot recenti  
Dare virginellae avebas!  
Rosina, da Grunero,  
Novellulo mariu<sup>o</sup>,  
Tot oscla; quot virenti  
Iuveni dare expetebas,  
Vel heic, vel heic, vel illheic,  
Debesq; quod Rosinæ,  
Grunere, da Rosinæ:  
Debesq; quod Grunero,  
Rosina, da Grunero:  
Animellulam vegetem,  
Ocellulum regentem,  
Et corculum tenellum,  
Femurculum: quid ultra?  
Pectusculum. sed adde

Iecuscum: Quid inde?  
Corpusculum integellum.  
Sic sic Eros penates  
Vestros colet feraces.  
Eris insimul fugata  
Hinc exsulabit atra.  
Sic aduolabit alâ  
Micantiore, pallâ  
Vernantiore amicta,  
Oleâ comamq; stricta  
Pax albulam: atq; viset,  
Et jugiter reuiset  
Domunculam Gruneris,  
Domunculam Gruneræ.  
Quin immò vos beatos  
Foetu beatori.  
Foetu feraciori;  
Et undiquaq; planos,  
Et undiquaq; sanos,  
Cœlestis ille Præstes  
Soli saliq; præstet,  
Nisu insolentiori,  
Ritu solemniori,  
Ipsi preces litabo:  
Ipsi preces litabit  
Mecum potentiores,  
Deo faventiores,  
Grex ipse nuptialis  
(Vos extimo & lugales)  
Ipst insuper parentes,  
Parentium parentes;  
Adgnatuli se quaces,  
Cognatuli haut-tenaces,  
Ipsi